

PONTIFICIA COMMISSIO CODICI IURIS CANONICI
RECOGNOSCENDO

PRAENOTANDA

**SCHEMA
CODICIS IURIS CANONICI**

**iuxta animadversiones S.R.E. Cardinalium, Episcoporum
Conferentiarum, Dicasteriorum Curiae Romanae, Univer-
sitarum Facultatumque ecclesiasticarum necnon Superio-
rum Institutorum vitae consecratae recognitum**

(Patribus Commissionis reservatum)



LIBRERIA EDITRICE VATICANA

1980

TITULUS II
DE ECCLESIIS PARTICULARIBUS
ET DE AUCTORITATE IN HISDEM CONSTITUTA

CAPUT I
DE ECCLESIIS PARTICULARIBUS

Can. 335 – § 1. Ecclesiae particulares sunt certae Dei populi portiones, in quibus et ex quibus una et unica Ecclesia Christi existit, videlicet Dioecesis, cui, nisi aliud constet, assimilantur Praelatura territorialis et Abbatia, Vicariatus Apostolicus et Praefectura Apostolica atque Administratio Apostolica stabiliter erecta.

§ 2. Ecclesiae particulari in iure aequiparatur, nisi ex rei natura aut iuris praescripto aliud appareat, et iuxta statuta a Sede Apostolica condita, Praelatura personalis.

Can. 336 – Dioecesis est populi Dei portio, quae Episcopo cum cooperatione presbyterii pascenda concreditur, ita ut, pastori

suo adhaerens ab eoque per Evangelium et Eucharistiam in Spiritu Sancto congregata, Ecclesiam particularem constituat, in qua vere inest et operatur Una Sancta Catholica et Apostolica Christi Ecclesia.

Can. 337 – § 1. Praelatura territorialis aut Abbatia est certa populi Dei portio, territorialiter quidem circumscripta, cuius cura, specialia ob adiuncta, committitur alicui Praelato aut Abbati, qui eam, ad instar Episcopi dioecesanis, tanquam proprius eius pastor regat.

§ 2. Praelatura personalis, etiam ad peculiaria opera pastoralia vel missionalia perficienda, habetur cum portio populi Dei, Praelati curae commissa, indolem habeat personalem, complectens nempe solos fideles speciali quadam ratione devinctos; huiusmodi sunt Praelaturae castrenses, quae Vicariatus castrenses quoque appellantur.

Can. 338 – § 1. Vicariatus Apostolicus vel Praefectura Apostolica est certa populi Dei portio quae, ob peculiaria adiuncta, in dioecesim nondum est constituta quaeque pascenda committitur Vicario Apostolico aut Praefecto Apostolico, ut eam nomine Summi Pontificis regat.

§ 2. Administratio Apostolica est certa populi Dei portio, quae ob speciales et graves omnino rationes a Summo Pontifice in dioecesim non erigitur, et cuius cura pastoralis committitur Administratori Apostolico, qui eam nomine Summi Pontificis regat.

Can. 339 – § 1. Pro regula habeatur ut portio populi Dei quae Dioecesim aliamve Ecclesiam particularem constituat, certo territorio circumscribatur, ita ut omnes comprehendat fideles in territorio habitantes.

§ 2. Attamen, ubi de iudicio supremae Ecclesiae auctoritatis, auditis quarum interest Episcoporum Conferentiis, utilitas id suadeat, in eodem territorio erigi valent Ecclesiae particulares ratione ritus fidelium distinctae; item, ubi animarum cura id requirat, salvis iuribus Ordinariorum locorum, constitui valent Dioeceses

vel Praelaturae complectentes omnes et solos fideles alia ratione quam ritu determinata devinctos in certo territorio habitantes, immo vel Praelaturae personales, nullo quidem territorio definitae.

Can. 340 – Unius Supremae auctoritatis est Ecclesias particulares erigere; quae legitime erectae, ipso iure, personalitate iuridica gaudent.

Can. 341 – § 1. Quaelibet Dioecesis aliave Ecclesia particularis dividatur in distinctas partes seu paroecias.

§ 2. Ad curam pastoraalem per communem actionem fovendam plures paroeciae viciniore conungi possunt in peculiare coetus uti sunt Vicariati foranei.

Proyecto de Código de Derecho canónico

Parte II

De la constitución jerárquica de la Iglesia

Sección II

De las Iglesias particulares y de sus agrupaciones

Título II

De las Iglesias particulares y de la autoridad constituida en ellas

Capítulo I

De las Iglesias particulares

Can. 335-§1. Las Iglesias particulares son una porción del pueblo de Dios, a saber las diócesis, en las cuales y desde las cuales existe la única Iglesia de Cristo, a la que, a no ser que conste otra cosa, se asimilan la Prelatura y la Abadía territoriales, el Vicariato apostólico y la Prefectura Apostólica, así como la Administración Apostólica establemente erigida.

§2. A la Iglesias particular se equipara en Derecho la Prelatura personal dotada de estatutos establecida por la Sede Apostólica, a no ser que por la naturaleza de la cosa o por prescripción del Derecho resulte algo distinto,

Can. 336.- La Diócesis es una porción del pueblo de Dios que se confía al Obispo para que la apaciente con la cooperación del presbiterio, de modo que, adhiriéndose a él, congregada por el Espíritu Santo por el Evangelio y la Eucaristía, constituya una Iglesia particular en la cual reside y actúa la Iglesia de Cristo Una, Santa, Católica y Apostólica.

Can. 337-§1, Tanto la Prelatura como la Abadía territoriales es una determinada porción del Pueblo de Dios, delimitada territorialmente, cuya atención se encomienda, por especiales circunstancias, o a un Prelado o a un Abad para que la gobierne, al modo que lo hace un Obispo diocesano, como pastor propio.

§2. También hay Prelatura personal cuando una porción del pueblo de Dios, confiada al cuidado de un Prelado, para llevar a cabo peculiares obras pastorales o misioneras tiene carácter personal, abarcando solamente a unos fieles unidos por una razón especial, cuales son las Prelaturas castrenses, llamadas Vicariatos castrenses.

Can. 338-§1 Vicariato Apostólico o Prefectura Apostólica es una porción del pueblo de Dios que, por circunstancias peculiares, aún no se ha constituido en Diócesis, y se encomienda a la atención pastoral de un Vicario Apostólico o de in Prefecto Apostólico para que la gobierne en nombre del Sumo Pontífice.

§2.La Administración Apostólica es una determinada porción del pueblo de Dios para que, por razones especiales y muy graves no son erigidas en Diócesis por el Sumo Pontífice y cuyo cuidado pastoral se encomienda a un Administrador Apostólico que la gobierna en nombre del Sumo Pontífice.

Can, 339-§1 Como regla general la porción del pueblo de Dios que constituye una diócesis debe quedar circunscrita a un territorio determinado, de manera que comprenda a todos los fieles que habitan en él.

§2.Sin embargo, cuando resulte útil a juicio de la autoridad suprema de la Iglesia, oídas las Conferencias Episcopales interesadas, pueden erigirse dentro de un mismo territorio distintas Iglesias particulares por razón del rito de los fieles. Además, cuando el cuidado de las almas así lo requiera, por una razón distinta de la del rito, dejando a salvo los derechos de los Ordinarios del lugar, se pueden constituir Diócesis o Prelaturas que abarquen a todos y solamente a los que habiten en un determinado territorio, e incluso Prelaturas Personales carentes de un territorio definido.

Can.340 Corresponde tan sólo a la suprema autoridad erigir Iglesias particulares, las cuales una vez que han sido legítimamente erigidas gozan por Derecho de personalidad jurídica.

Can, 341. -§1. Cualquier Diócesis u otra Iglesia particular debe dividirse en partes distintas o parroquias.

§2. Para facilitar la acción común en la atención pastoral, varias parroquias especialmente cercanas pueden formar un grupo particular, cuales son los Vicariatos foráneos.